

§. XX.

Excipit Autor: (g) *Quod non sit metuendum nequidem ignavia torpescentes velut ignavum fucorum pecus alieno labore fruantur in fraudem reliquorum, cum illud malum longissime a futurum foret, & certatim omnes strenuo labore officii sui, mensuram explere constaturi sint.*

Quo quidem causam sublatam opinatur de penuria conquærendi, cum alter alterum mutuis sublevasset officiis, nec alterum usu cujusquam rei prohibiturus, nec usu rei cujusquam alteri rei nociturus. Quo quidem modo porro fruges ac fructus possessione nullius, usu vero forent omnium, imo dum usus forte fuisset cujusque proprius, cum nullus alteri eripisset, quod ipsi opus, ut vel tandem proprietas vestis, domicilii, supellectilis, & sic porro evenerit, eo quod copia rerum communem horum usum non exigeret, idque ne legem migraret de æqualitate, quem in finem PUFENDORFII ac THOMASII testimonio frui voluit,

Verum ut a fine incipiam 1) PUFENDORFII Communionem, quam libro IV. Cap. IV. §. II. descripsit & applicatam dedit, ad Communionem primævam vide v. seq. eandem etiam plenius oppugnavit, & proprietatem ac Dominium §. IX. vindicavit, & quamvis THOMASIIUS in der Göttlicheu Rechts-Gelahrtheit Libr. II. Cap. X. de statu integritatis præsumere voluit; communionem rerum ibi fuisse consuetam ac certam, §. tamen 96. seq. partibus meis per omnia accessit; das unbeschadet der Mühe gearbeitet hätten. Statum naturalem, a DN. PUFENDORFIO fictum quod attinet, tunc magnum mihi inde suppetit argumentum, quod abs plurimis omnino

omnino